



OCTAVIA DE MIRACULIS CHRISTI DOMINI COMMODA & LUCIDISSIMA

RELECTIONIS
AD VERBA

Christi Domini, Ioannis XV.

*Si non venissem & locutus eis non fuisset, peccatum non haberent: nunc
autem excusationem non habent de peccato suo.*



NON NVLLA PVNCTA LATIVS EXPLICANDA

à Doctore Fratre Emmanuele Tauares,

ORDINIS CARMELITARV

Feria quinta, mane hora octava.

CONIMBRICAE

Typis Antonij à Mariz, Vniuersitatis Typographi, Anno 1598.

Sala RB
Gab. RB
Est. 38
Tab. 30
N.º 30

RB
38
30

Punctum Primum.

DOCTRINA, Et miracula Christi Domini eo modo, & fine, quo ab ipso facta sunt, sufficientissime probabant ipsum esse verum Messiam, ac proinde inexcusabiles fuerunt Iudæi de peccato suo, quod non solum fuit infidelitas, sed etiam odium, & invidia, quibus Christum Dominum infestissime persequebantur.

II. PUNCTVM.

ICET Doctrina Christi, supposita efficacia ipsi, & his, quæ à Prophetis erant prædicta sufficiens fuerit ad hoc, quod præsertim maiores Iudæorum possent credere ipsum esse verum Messiam, ultra tamen suam prædicationem, ad conuincendum etiam vulgus Iudæorum, voluit Christus adiungere miracula, & opera, quæ nullus alius fecit, vt sic omnes inexcusabiles pænitus redderentur.

III. PUNCTVM.

IDEI Ignorantia, quam viator moraliter expellere non potest, in peccatum infidelitatis illi non est imputanda, secus vero dicendum est, si culpabiliter in tali ignorantia permanserit. Est autem infidelitas maximum peccatum, si cum vitijs oppositis virtutibus moralibus, comparetur.

IIII. PUNCTVM.

VM Deus omnes homines suæ diuinitatis participes effecerit, ipsosque ad intuendam diuinam essentiam ordinauerit, mirum non est si quandiu in hac vita mortali manent, ipsis præceptum fidei fuerit impositum; cuius probabilius est nunc posse dari ignorantiam inuincibilem.

V. PUNCTVM.

QVILIBET Fidelis tam iure naturali, quàm diuino ius habet prædicandi Euangelium in toto orbe. Vnde si aliquis princeps infidelis sibi subiectos vellet impedire ne prædicationem fidei audirent, & Euangelium reciperent sane iuste posset illi bellum inferri.

VI. PUNCTVM.

SI Verò nec princeps nec tota prouincia vellet audire prædicationem Euangelij, & aliqui priuati in illa essent, qui talem prædicationem optarent, illorum ius sufficiens esset, quando illo uti prohiberetur, ad hoc quòd talis prouincia iuste posset debellari.

VII. PUNCTVM.

INFIDELES Qui fidem Christi nunquam receperunt, siue sint subiecti Principibus christianis, siue extra eorum dictionem maneant, ad baptismum vel fidem suscipiendam, per vim, metum, vel iniuriam nullo modo cogendi sunt, nec ea de causa illis potest bellum inferri: bene tamen beneficijs, promissionibus, & alijs blandimentis illos ad fidem & baptismum possumus allicere. Secus vero dicendum est de illis infidelibus, qui fidem aliquando per baptismum susceperunt, hi enim si ab ea deficient ad illam omnibus modis redire sunt compellendi.

VIII. PUNCTVM.

DICET Ecclesia potestatem habeat à Deo prædicandi Euangelium toti orbi terrarum, inde tamen non infertur posse Principes christianos cogere infideles sibi non subditos ad prædicationem fidei audiendam; coactione tamen non rigorosa, sed moderata, & temperata infideles subditos posse cogi non est negandum.

N. PAVCTVM.

VILIBET fidelis tam iure naturali quam diuino ius habet p[ro]p[ri]e
suae fidei in toto orbe. Vnde si alius princeps infidelis sibi
subditos vellet imp[er]are ad p[re]dicationem fidei adhibere, & fange-
re sua respectu tunc iure nulli bellum inferri.

VI. PAVCTVM.

I. Vro nec princeps nec tota provincia vellet aliis p[re]dicationem
fidei adhibere, aliquid p[ro]misi in illa esse, qui talis p[re]dicationem op-
tinet, illorum ius iustitiam esse, quando illo vi prohibentur ad loca
quod talis provincia iure possit de bellis.

VII. PAVCTVM.

FIDELIS qui fidei Christi mandatum respectu suo sui sub-
diti Principibus christianis sine extra eorum ditionem maneat, ad
capitulum vel fidei suscipiendam, per vim, metum, vel iniuriam nul-
lo modo cogendi licet ea sit ratio illa p[ro]p[ri]e. In tali bene maneat
tota provincia, & sine ditione illius in tota & p[ro]p[ri]a p[ro]u-
incia illius. Secus vero ditionem est de illis infidelibus, qui fidei suscipi-
p[ro]p[ri]e suscipiunt, hi enim si ab ea desistant ad illam omnibus modis recte
iure cogendi.

VIII. PAVCTVM.

ECCL[esi]A potestatem habet a Deo p[re]dicandi Euangelium
in tota orbis terrarum, inde tamen non inferat posse principes christianos
cogere infideles sibi non subditos ad p[re]dicationem fidei suscipiendam
coactione tamen non rigore, sed moderate, & temperate infideles sub-
ditos posse cogi non est negandum.